49 *Anno* 1512. *titul.* **Von den Gotteslåſtern. §. und ſollen die Thåter/ ſo die Geiſtlich weren / von der Geiſtlichen/und die Weltliche von der weltlichen Obrigkeit an den Enden/da ſolche Sünde begangen/ geſtrafft werden.** Quæ verba ſi cum prioribus in §. præcedente conferantur, haud obſcurè probant, uni eidemq; pœnæ Clericos atque Laicos blaſphematores ſubjugandos eſſe.

50 Quamvis aliter ſentiant Dd. juris Pontificii, rationum habentes Ordinis Clericalis, ne ſcilicet hic propter eiusmodi publicam ſatisfactionem vileſceret. *Iul. Clar. in pract. crim. §. blaſphemia, n. 3. verſ. quæ tamen pœna non habet locum Didac. Covarr. in c. quamvis 2. de pact. in 6. part. 1. §. 7. n. 29. verſ. ſed quia pœnam Abb. in c ſtatuimus. 2. ext. de maledic. n. 8.*

*Quorum ſententia rejecta Scabini dictaverunt pœnam gladij, Paſtori cuidã in Principatu Anhaldino, ob verba contumelioſa in Dominum & Salvatorem noſtrum prolata* **gegen Deſſau. An die Fürſtliche Regierung.** *M. Sept. Anno* 1597. 51

Sextò, Ampliatur ſuprà dicta Regula. Vt 52
pœna blaſphemiæ ordinaria affici quoque debeant Iudæi. Nam & hoſce in Deum & Salvatorem mundi blaſphemiam poſſe committere, dubium prorſus non eſt. *Henr. Cardin. Hoſtienſ. in ſummar. ext. de Iuda & Saracen. §. & in quibus graventur. n. 6. in fin. verſ. cum autem Iudæus. Iul. Clar. in dict. §. blaſphemia. n. 1. verſ. & poteſt poni exemplum.* Anton. *Theſſaur. deciſ. 241. n. 1. & ſeq. Felin. in cap. audītis ext. de præſcript. num. 32. verſ. ita tranſeat dictum Matth Berlich. dict. concl. 1. num. 13. Nicol. Boer. deciſ. 301. n. 18. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 1. nu. 3. verſ Eſt etiam blaſphemia. Iaſon. in l. ait Prætor. §. jurari. ff. de jurejur. n. 9. Socin. Sen. conſ. 102. num. 1. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 119. n. 1. lib. 4. Proſp. Farin. in prax. crim libr. 1. tit. 3. quæſt. 20. num. 40. ubi exempla ex aliis autoribus refert.*

*Q.6. Quid de Iudæis habēdum?*

Haud immeritò ergò Iudæi blaſphemantes, 53
pœna quoque blaſphemiæ tenebuntur, ob generalitatem textus in *Ordin. Provinc. de Anno* 1550. & 1555 in verb: **Darnach ſich ein jeder weiß zurichten/ und für ſolcher Straffe zu hüten.** Quæ verba neminem excludunt. Vniverſaliter enim 54
qui aliquid affirmat, dicendo (omnis autem totum) nihil excludere videtur. *c. ſi Romanorum. 1. circa med. verſ. dicendo verò omnia. diſt. 19. l. Iulianus. 68. in pr. ubi Bartol ff. de legat. 3. gloſſ. in cap. ſolitæ, 6. ext. de major. & obedient. Panorm. in c. quoniam fin. n. 15. verſ quia qui omnia dicit. ext. de præſcript. Tiber. Decian. conſ. 57. n. 12. lib. 1. Iacob. Schult. ad modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 131. nu. 30. Iaſon. in Auth. præterea ln. 15. verſ & iſto caſu, C. unde vir & uxor.*

*Hinc quando VVenceslaus Colonimus Iudæus in Sacroſanctum Baptiſma, ut & Dominum & Salvatorem noſtrum, eiusque vulnera ſanctiſſima, verba quædam contumelioſa evomere non reformidaverat, eum ob commiſſam blaſphemiam capite plectendum eſſe, reſponderunt Scabini ad conſultationem Senatus Dreſdenſis M. Iunio Anno* 1604. 55

Cæterum, quæ hactenus de pœna gladii blaſphematoribus definita, dicta fuere, ea regulariter vera ſunt ſecundum Regulam ſupra poſitam. 56
Quia verò nonnunquam ob circumſtantias ac qualitates concurrentes hæc pœna ordinaria ceu nimis rigoroſa remittenda, eiusque loco fuſtigatio infligenda eſt, juxta diſpoſitionem *Receſſ. Imper. de Anno* 1512. & *Anno* 1530. *Conſtit. Crimin. Carolin. artic.* 106. *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1548. *Ordinat. Provinc. de Anno* 1550 & 1555. ubi pro ratione blaſphemiæ, ac qualitate blaſphemantium judicis arbitrio committitur, quam pœnam delinquentibus indicere velit; Ideoque ſupra dicta Regula nonnullas limitationes admittit, quibus pœna gladij meritò ceſſare debet, ſubſtituta in eius locum fuſtigatione cum perpetua relegatione

Limi-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Limitatur autem primò; In blaſphemanti-
57 bus per ebrietatem. *Nicol. Boer. deciſ. 301. in fin. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c. 2. tit. 1. n. 16. verſ. ſed & blaſphemans per ebrietatem. Dan. Moll. ad Conſt. Elect. 1. part. 4. n. 10. Matth. Berlich part. 4. concl. 1. n. 69. Proſper Farin. dict. qu. 20. n. 50. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. blaſphemia. n. 6. verſ. dicit etiam Baldus.* Modò ebrietas tanta fuerit, ut mentis quaſi & rationis exilium induxiſſet, ſecundũ doctrinam *Bald. in l. 1. C. unde vi.* quam refert *Andr. Tiraq. de pœn. temper. aut remitt. cauſ. 6. in fin. Moller. dict. loco. Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. cap. 61. n. 23.*

*Q. 7. Quatenus ebrietas excuſet blaſphemantem?*

58 Generaliter namque verum eſt, non ſolùm in crimine blaſphemiæ, ſed in omnibus delictis, ebrietatem enormem delinquentem ab ordinaria pœna excuſare *l. omne delictum. §. per vinum ff. de re milit. l. reſpiciendum. §. delinquunt verſ. impetu ff. de pœn. Anton. Gomez. var. reſolut. tom 3. cap. 1. num. 73. Hippol. de Marſil. in l. 1. in pr. n. 48 ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Proſper. Farin. dict. q. 20. n. 51. Petr. à Plach. in epit. delict. c. 30. n. 1. & ſeqq. Iul. Clar. in § fin. quæſt. 60 verſ. præterea quæro. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 326. num. 2.*

59 Quinimò, per ebrietatem blaſphemanti pecuniaria ſaltem pœna expreſſis verbis imponitur in *Receſſ. VVormat. de Anno 1495. ſub tit.* **Die poen deren / ſo auß Hitz oder Zorn ſchweren** ibi: **Wo ſolches auß bewegter Hitz deß Zorns / auß Trunckenheit / oder dergleichen Zufäll unbedacht geſchehe / um eine Marck lötiges Goldes / halb in unſer und deß Reichs Cammer / und den andern halben Theil der Herrſchafft / in der Gebiet ſolche Mißhandelung gethan wird / unablåßlich zubezahlen** *&c.* Eoq; reſpiciunt verba (**freventlich und üppiglich**) in *Receſſ. Auguſt. de An. 1500. tit.* **von Gotteslåſtern und ſchweren.** Et *Receſſ. Trevir. ac Colonienſ. de Anno 1512. titul.* **von den Gotteslåſtern** *in pr.* ex quibus haud obſcurè evincitur, eos ſolummodò ordinaria blaſphemiæ pœnâ plectendos eſſe, qui malitioſè ac doloſè Deum blaſphemaverint; quod de iis qui ob enormem ebrietatem mentis ac rationis omnis expertes ſunt, nequaquam dici poteſt. *Andr. Tiraquell. in tractat. de pœn. temp aut remitt. cauſ. 6. n. 11. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. ſcienter & doloſè n. 17. Anton. Hering de fidejuſſ. c. 7. n. 132.*

60 *Quapropter Scabini in caſu commiſſæ blaſphemiæ, cujus meminit Dan. Moll. ad Conſt. Elect. 1. part. 4. n. 9. blaſphemantibus indixerunt pœnã gladii, hac tamen clauſula reſponſo adjecta. Niſi probare poſſent, ſe peccaſſe per ebrietatem, eamq; tantam fuiſſe, ut mentis quaſi & rationis exiliũ induxiſſent, hiſce formalibus:* **So möchten ſie derowegen beyde mit dem Schwerd vom Lebẽ zum Tode geſtrafft werden: Sie könten dann wie recht erweiſen / daß ſie alſo truncken geweſen / daß ſie von ihren Sinnen und Vernunfft nicht gewuſt / und übriges Trunckshalber / derſelben nicht måchtig geweſt / auff ſolchem Fall ergienge alsdann von wegen der Linderung ihrer Straffe was recht iſt / V. R. W.** *Ad conſultationem Senatus Mülbergenſis. M. Octobr. Anno 1566.*

61 *Et in caſu ebrietatis non adeò enormis, dictaverunt Domini pœnã gladij, adiecta hac clauſulâ:* **Es wolte dann der Wohlgeborne und Edle Herr / Herr Heinrich der Jüngere und Elteſte Reuß / Herr von Plauen ꝛc. auß ob angeführten Urſachen (weil nemlichen ihme ſonſten wegen ſeines Lebens unnd Verhaltens Beyfall gegeben wird / auch hiebevorn dergleichen Gotteslåſterung von ihme nicht gehöret worden / und der Trunck wegen gedachten Fals ihme leichtlichen geſchadet / immaſſen denn der 4. Zeuge dieſes berichtet / Er könte mit Warheit ſagen / daß der Gefangene truncken geweſen) ihme Gnade wiederfahren laſſen; jedoch wann er es für eine Gnade erkennen / und darum Unterthänig bitten würde. Uff dẽ Fall würde er öffentlich zur Staupen geſchlagen / und nach außgeſtandener Leibesſtraff der Herrſchafft ewig billich verwieſen V. R. W.** *Ad requiſitionẽ Quæſtoris* **in Hartenſtein,** *M. Iunio, An. 1617.*

*In alio quoq; caſu pœnam mitigavimus ob ebrietatem blaſphemantis. Ad conſultationem Adolphi Georgij ab* **Hagen.** *M. Ian. Anno 1631.*

Secundò: A pœna quoque gladii ordinaria 62
liberatur, qui juſto dolore ſive ira commotus, lubrico linguæ blaſphemat. *Proſper. Farinac. in prax crim. lib. 1. tit. 3 quæſt. 20. n. 47 Matth Berlich. part. 4. concl. 1. num 93. Boniſ. de Vital. in tit. de pœn. blaſpheman. n 2. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 1. n. 16. Fab. à Monte Leon. in prax. arbitr. part. 4. n. 774. & ſeq. Dec. conſ. 163. n. 10. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 1 num. 14.* Quod tamen tunc demum verum eſſe arbitror, ſi ira ex iuſta cauſa ortum habuerit, & alienationem mentis induxerit. Non enim quævis ira neque ex cauſa leviuſcula proveniens, mitigationem pœnæ meretur. *Farin. dict. quæſt. 20. n. 48. Felin. in cap ſicut ex literis. 13. ext. de jurejur. num 3. verſ. quod eleganter temperat. Iul. Clar. lib. 5. ſent. § fin. quæſt. 60. n. 9. verſ. tu verò dic Covarr. in cap. quamvis 2. part. 1. §. 7. num. 28. verſ. modò calor iracundiæ.*

*Q. 8. Num mitius puniendus ſit in hoc crimine, qui ira commotus lubrico lingua delinquit?*

Etenim non ex oppoſito, neque malitioſè 63
peccat, qui iuſto dolore aut ira vehemẽti commotus blaſphemiam evomit. *Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. libr. 2. cent. 4. caſ 375. nu. 33. Iul. Clar. dict. quæſt. 60. verſ. eſt etiam ira. Farin. d. q. 20. n. 47.* Atqui, ut pœna blaſphemiæ ordinaria obtinebat, dolus ac propoſitum blaſphemandi maximoperè requiritur, in *Receſſ. Imp. Auguſt. de Anno 1500 tit.* **von Gotteslåſtern und ſchweren.** Et *Receſſ. Colon. de Anno 1512. tit.* **von den Gotteslåſtern** in verb: **freventlich und üppiglich.** Quæ ratio abſq; dubio commovit Imper. Maximil. I. ut ex calore iracundiæ blaſphemanti aliquo modo indulgeret, in *Receſſ. VVormat. de Anno 1495. ſub tit.* **die poen derer / ſo auß Hitze oder Zorn ſchweren.**

Remiſſa ergò pœnâ gladii ordinaria, blaſ- 64
phemanti ex calore iracundiæ mitiorem aliquã pœnam, veluti pecuniariam, vel carceris, aut etiam fuſtigationis ac relegationis pœnam infligendã eſſe, exiſtimant *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. c. 61. n. 22. Iacob. Menoch. dict. caſ. 375. n. 33. Didac. Covarr. in dict. cap. quamvis 2. de pact. in 6to. part. 1. §. 7. n. 16. Berlich. dict. concl. 1. part. 4. n. 93. Farin. dict. quæſt. 20. n. 47.*

*Quorum opinionem ſecuti Elect. Sax. Scabini* 65
*dictaverunt fuſtigationem cum perpetua relegatione blaſphemanti. qui irâ commotus contumelioſa verba contra ſanctum Sacramentum Euchariſtiæ protulerat;* **gegen Dieben.** *Ad requiſitionem Senatus M. Aug.* Anno 1621.

*Q.9. Quatenus pœnitentia excuſet blaſphemantes?*

66 Tertiò: Limitatur ſuprà dicta Regula in eo, qui poſtquam blaſphemavit, pœnitentiâ ductus ſeſe ſtatim corrigit, & blaſphemiam revocat, vel retractat, ſive verbis ac gemitu peccatum deplorando, ſive pectus aut labia percutiendo. Eo enim caſu blaſphemantem à ſupplicio ordinario exemptum, vel prorſus nulla, vel mitiori pœna plectendum eſſe, putat *Marin. Socin. conſ.* 102. *n.* 1. *& ſeq. lib.* 1. *Alex. conſ.* 15. *n.* 15. *n.* 1. *& ſeq lib.* 3. *Proſp. Farin. dict. q.* 20. *n.* 57. *Matt. Berlich. dict. concl.* 1. *n.* 101. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crim. cap.* 2. *tit.* 1. *n.* 10.

67 *Tùm*, quòd revocans iniuriam alteri illatam iniuriam non teneatur, *Felin. in cap. delicti. col. fin. num.* 16 *de exception. Dec. in l quod calore iracundiæ in fin. ff. de reg. jur. Paris de Put in tractat. de re milit. §. quia finis. Conrad. Lancellot. in tract. de duell. in titul. de pace. concl.* 104. adeoque nec blaſphemus revocans iniuriam in Deum prolatam ordinaria pœna tenebitur; quia mitius agitur cum Deo, quàm cum hominibus, ut cum gloſſa loquar in *l. ſi quis rem. §. voto ff. de pollicitat.* Deus enim miſericors eſt, *cap. ſceleratior.* 39. *l pœnit. diſt.* 3. *tot. tit. ff. ad Syllan. l. miles. § ſocer. ff. de adulter.*

68 *Tùm*, quòd Reus mox revocans blaſphemiam prolatam, non tàm ex propoſito, & malitiosè quàm ex improviſo & incuria peccaſſe videatur: Igitur aliquo modo ei eſt indulgendum, ſecundum diſpoſitionem *Receſſ. Imp. VVormat. de An.* 1495. *ſub tit.* Die peen derer ſo auß Hitz/oder Zorn ſchweren/ in verb: oder dergleichen Zufälle unbedacht geſchehe.

69 Modò tamen Reus revocaverit blaſphemiam, mox & antequam anteceſſerit de loco ubi blaſphemavit. Niſi enim in continenti ſigna contritionis à blaſphemante emanaverint, nulla prorſus venia dignus eſt. *Farin. dict. quæſt.* 20. *numer.* 58.

70 *Hinc quando G. G. tempore pluviæ ingentis hæc verba contumelioſa ac horribilia evomuit:* (Ey nun ſeiche daß dich Gott ſieben Sacrament ſchände) *ab aſtantibus autem reprehenſus pœnituit, ac veniam à Deo pariter & hominibus petiit, dicens:* Ich habe es geſagt/ vergebe mir es GOtt/ Ich bitte halte mir es für gute / *indicta ei propterea fuit à Scabinis pœna gladii, adiecta reſponſo hac clauſula:* Es wolte dann die hohe Obrigkeit dem Gefangenen/ dahero daß jhme angeregte Gotteslåſterliche Reden/ alſo bald leid geweſen/ in deme er Gott den Allmächtigen um Verzeihung auch daß es jhme die jenigen/ ſo es von jhme gehöret/ und zu gute halten wolten/ gebeten/ Gnade erzeigen/ auff den Fall würde er mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen V. R. W. *Ad conſultationem Præfecti Rochlicenſis M. Octobr. Anno* 1609.

*Q.10. Quæ ſit pœna blaſphemantium Beatam Virginem, alios q; Sanctos?*

71 Quartò: Limitatur hæc regula in iis, qui contumelioſum quid in ſanctam Matrem Salvatoris, aliosve Sanctos proferunt. Pontificii quidem uno ferè ore tradunt, blaſphemiam æq; in Beatam Virginem & Sanctos committi, ac in ipſum Deum, per *text. in c. ſtatuimus* 2. *ext. de maledic.* Vid *Iodoc Damhoud. in prax. crim. c.* 61. *n.* 11. *verſ. aliqua verba in eius Sanctos Angel. Aretin. in tract. malef. verb. verb. injurioſa. nu.* 14. *Jul. Clar. lib.* 5 *ſentent. §. blaſphemia n.* 1. Didac. *Covarr. in c quamvis,* 2. *de pact, in* 6. *part.* 1. *§.* 7. *n.* 13. *Proſp. Farin. in tract. crim. lib.* 1. *tit.* 3 *quæſt.* 20 *n.* 25. *Iacob. Menoch. lib.* 2. *arbitr. jud quæſt. cent.* 4. *caſ.* 375. *n.* 14. *& ſeq.*

Quam ob cauſam etiam blaſphemiæ in Deum, beatam Virginem genitricem, & Sanctos commiſſæ, uno fere cõtextu verborum cõprehenduntur, eâdemq; pænâ indifferenter coercentur, *in Receſſ. Imp. Colon. de Anno* 1512. *tit.* Von den Gotteslåſtern, *&c.* Et *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1530. *tit.* Von Gotteslåſterung unnd Gottesſchwüren. Idq; abſq; dubio propterea, quòd ex mente Pontificiorum Sanctis cultus & honor divinus debeatur, & per iniuriam illis illatam Deus immediatè offendatur. 72

Quo ipſo tamen Pontificii blaſphemiam punientes ipſimet Deum Blaſphemant, honorem nempe, qui ſoli Deo debetur, Sanctis tribuentes, hoc nomine reprehenſi à reformatis Eccleſiis rectius edoctis, & contrarium aſſerentibus per text. in *Apocal. c.* 6. *v.* 9 *& ſeq & c.* 19. *v.* 10. *& ſeq.* Quamvis non dubitem, quin is qui contumelioſa verba contra Beatam Virginem, vel alios Sanctos proferat, per quæ eorum memoria obſcuretur, autoritas labefactetur, & ſcandalum oriatur, extra ordinem arbitrio judicis puniri debeat. Vid. *Farin. dict. q.* 20. *n.* 27. Quod & convenire videtur menti Imper. Carol. V. qui blaſphematores Matris Chriſti, aliorumvè Sanctorum arbitriâ pœnâ, vel pecuniariâ, vel corporis afflictivâ, coerceri jubet in *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1448. *tit.* Von Låſterung der Mutter Chriſti und Gottes Heiligen. 73

74 *Veluti hoc caſu pronunciarunt Scabini adverſus blaſphematorem quendam, qui beatam Virginem Mariam meretricem appellaverat, Ad requiſitionem* Adolphi *Georgii ab* Hagen. *M. Ian. Anno* 1631.

75 Quintò: Denique mitigari poteſt pœna ordinaria in crimine blaſphemiæ ob alias quoque cauſas, atque circumſtantias, quæ, quia variæ atque multiplices ſunt, nec regula certa definiri poſſunt, diſcretioni & arbitrio judicis committuntur. *Ordin. Crim. Carol. art.* 106. in verb: Doch ſo ein ſolcher Låſterer angenommen / und eingelegt iſt / das ſol an die Obrigkeit mit nothdürfftiger Unterrichtung/ aller Umſtände gelangen/ die darauff Richtern und Urtheilern beſcheid geben/ wie ſolche Låſterung den gemeinen unſern Käyſerlichen Rechten gemåß / und ſonderlich nach Inhalt beſonderer Articul unſers Reichs Ordnung geſtrafft werden ſollen.

76 Ut ſi quis proferat eiusmodi verba, quæ quidem blaſphemiam important, alio tamen ſenſu, & ex pravo uſu loquendi atque laſcivia proferuntur. *Jul. Clar. in pract. §. fin. q.* 60. *in fin. Matth. Stephan. ad art.* 106. *Conſtit. Crim. Carol.* Quamvis enim in iis, quę de ſe & ſui natura mala & deteſtabilia ſunt, uſus loquendi ac conſuetudo, etiam ſi totius mundus illa uteretur, ſimpliciter & in totum non excuſet, *cap. flagitia.* 31. *quæſt.* 7. *cap. obijciuntur* 32. *quæſtion.* 4. *gloſſ. in cap. cum ſecundum leges. de hæret. in* 6 *Felin. in cap. ea quæ, de Simon. Hippol. de Marſil. in l.* 1 *ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Proſper. Farinac. in prax. crim lib.* 2. *tit.* 3. *quæſtion.* 20. *nu.* 46. *Anton. Gabriel. libr.* 6. *concl.* 8.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*concl.*8.*n.*17. A rigoroſa tamen pœna mortis cõmunis uſus loquendi, & laſcivia blaſphemantem non immeritò liberat.

77 Quia eiusmodi blaſphemus ex communi errore & incuria peccat, ideoque aliquo modo excuſari debet, juxta *Receſſ. Imp. VVormat. de Anno* 1495. *ſub tit.* **Die Peen derer ſo auß Hitze oder Zorn ſchweren.** in verb: „**oder dergleichen Zufälle unbedacht geſchehe**/ &c.

78 *Veluti etiam in caſu tali, ſic pronunciavimus* **gegen Zwickau: Hat der verhaffte** *M. D.* **als er mit der Schärffe ziemlicher Weiſe angrieffen werden ſollen/ in guten bekant und geſtanden/ daß er die Sacramenta gefluchet/ und ſich ferner dieſer Gotteslaͤſterlichen Reden verlauten laſſen/ unſer Herr Gott hätte noch ein Jahr zu regieren/ darnach hätte er außgeherſchet/ Es würde darnach wol beſſer werdẽ/ und hätte damit Gott im Himmel gemeinet/ darneben fürgeben/ Es were jhm nicht von Hertzen gangen/ wie die Wort lauten/ ſondern hette an der Soldaten geführtes Sprichwort gedacht/ daß der Halberſtätter über ein Jahr nicht herſchen würde/ darnach würde es auß ſeyn** *&c.* **So wird der Gefangene** *M. D.* **ſeines vorübtẽ fluchens wegẽ/ andern zum Exempel eine Stunde lang an das Halßeyſen jedermänniglichen anzuſchauen geſtellet/ und darauff ſeiner geführten frevenlichen Läſterwort halber geſtalten Sachen nach öffentlich zur Staupen geſchlagen/ und nach außgeſtandener Leibesſtraff deß Landes ewig billich verwieſen V. R. W.** *M. Mart. Anno* 1624.

79 Hactenus de blaſphemia, quæ immediatè in Deum committitur. Mediatè verò in Deum committit blaſphemiam qui iurat, vel alteri maledicit per ſanguinem, paſſionem, vulnera & Sacramenta Chriſti. *Receſſ. Imper. Auguſt. de Anno* 1630. *titul.* **Von Gottes ſchwüren unnd fluchen.** in verb. **daß viel Leute bey der Krafft und Macht GOttes/ dem Leibe/ Glieder/ Wunden/ Tod/ Marter und Sacrament unſers HErren JEſu CHriſti offt leichtfertig/ frevenlich und böߟlich ſchweren/ oder übel Ding fluchen** &c. Et *Receſſ. Imper.* Auguſt. *de Anno* 1548. *tit.* **Von den Gottesſchwüren und fluchen.** *Ordin. Polit. Imper. Francofurtenſ.* de Anno 1577. *tit.* 2. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſion.* 172. *numer.* 3. Quæ blaſphemia vulgò dicitur (**Fluchen und Sacramentiren.**)

80 Cuius pœna in Imperio Romano Germanico arbitraria eſt, ita ut pro prima vice blaſphemus ab eiusmodi illicitis & nefariis maledictionibus ac imprecationibus abſtinere admoneatur; ſi verò parere nolit, vel carcere, vel pœna pecuniaria ſecundum qualitatem & gravitatẽ delicti puniatur, *dict. Receſſ. Auguſt. de Anno* 1530. & 1548. *tit.* **Von den Gottesſchwüren und fluchen.** *Ordin. Polit. Francofurt. de Anno* 1577. *tit.* 2. A quibus non multum diſcrepat jus Civile, quo blaſphemator ſeu maledicus extra ordinẽ pro arbitrio iudicis vel relegatione, vel fuſtigatione vel carcere coercetur, *l. fin. ubi gloſſ. ff. de crim. ſtellionat. Iaſon. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis juraverit. fin. ff. de jurejur. numer.* 1. *ſub fin. verſ. aut pars deliberatè.*

81 Quia verò prædictæ Sanctiones Imperii circa pœnam blaſphemiæ nil quicquam derogant pœnis ſtatuariis Electorum, Principum, ac ſtatuum Imperii, *dict. tit.* **Von Gottesſchweren und fluchen** *in fin. principij Receſſ.* **Auguſt.** *de An.* 1530. quoad pœnas maledicis infligendas, hiſce in terris potiſſimùm reſpiciendum eſt, ad Ordinationes Provinciales Electorum, ac Ducum Saxon. in quibus à DD. Mauritio & Auguſto de *Anno* 1550. & 1555. ſpecialiter ſancitum, ut in terrorem aliorum, maledici præ foribus Templorum, Curiarum vel tabernarum publicè omnibus conſpiciendi ſiſtantur.

*Q. 11. Quæ ſit pœna maledicẽtiũ per Sacramenta, paſſionem, & Vulnera Chriſti, in terris Saxonicis?*

Quæ pœna à D. Auguſto Electore poſtmodum in *Conſt. Elect.* 1. *part.* 4. non modò repetita, ſed etiam in tantum exaſperata fuit, ut maledici inſuper carcere, vel pœna pecuniaria, & ſi in delictis perſeveraverint, Relegatione puniri debeant *d. Conſt.* 4. *p.* 1. §. **Wir wollen auch**/ in verb: **Nit allein vermöge obgedachter unſerer Landesordnung/ vor die Kirchen Rahtshäuſer oder Schenckſtätte öffentlich ſollen geſtellet/ ſondern auch am Gelde/ oder mit Gefängnüß/ und wo ſie folgends von ihren fluchen und Gotteslaͤſterungen nit abſtehen/ und ſich beſſern würden/ mit Vorweiſüg unſerer Lande geſtrafft werdẽ** &c. 82

Adeoque duplici quaſi pœna hiſce in terris maledici affliguntur, dum non modò in locis publicis omnibus conſpiciendi ſiſtuntur, ſed etiam pœna pecuniaria vel carcere mulctantur, etiamſi unica aut prima tantum vice maledixerint, ut rectè ſentiunt *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 127. *n.* 3. *verſ. ſecundo caſu. Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 1. *n.* 10. fruſtrà diſſentiente *Dan. Moller. ad Conſt. Elect.* 1. *part.* 4. *n.* 11. Coniunctim enim verba *dict. Conſt.* 1. accipienda eſſe, ita ut maledici pro prima vice tàm in locis publicis ſiſti, quàm carcere vel pecuniaria pœna mulctari debeant, menti Electoris magis conſentaneũ eſt, & probatur hoc ipſum luculenter ex dictionibus (*non ſolùm ſed etiam*) quarum ea eſt natura, ut amplient & augeant, ita ut utrumq; fieri debeat nec alterutrum ſufficiat. *l. non ſolùm.* 53. *ff. de jud. l. nõ ſolùm* 39 *ff. de procurat. l. non ſolum* 3. *ff. ſolut. matrim. l.* 13. *ff. de rei vindic. l.* 33 *ff. de uſucap. l.* 20. *ff. rem ratam haberi. l.* 56 *ff. fam. herciſcund.* 83 84

*Idemq; comprobat praxis hodierna. Quotidiè enim in Scabinatu in hunc ferè modum pronunciare ſolemus.* **So wird** *N. N.* **wegen ſeines vorübten fluchens andern zum Exempel und Abſcheu vor die Kirchthür oder Schenckſtätt an das Halßeiſen eine** (*vel* **zwo**) **ſtunden lang jedermänniglichen anzuſchauen geſtellet/ unnd mag hierüber willkührlichen entweder** *6.* **Tage lang mit Gefängnüß oder um** 2. **Neue Schock geſtrafft werdẽ.** *Quæ pœna etiam ſæpius exaſperatur pro ratione circumſtantiarum & gravitate maledictorũ, maximè ſcandaloſorum.* 85

Neque Sanctio hæc nimis rigoroſa alicui videbitur, cùm gravitas huius delicti, propter quod & fames, & terræ motus, & peſtilentiæ fiunt, ut loquitur Imp. Iuſtinianus in *Novell.* 77. *c.* 1. §. 1. talem iuris rigorem expoſcat. Eoq; magis Conſtitutioni Electorali verbotenus inhærendum eſt, quòd ea non modò in *Reſcripto Torg. Anno* 1583. ſed & in *Ordinatione Politiæ, de An.* 1612. expreſsè confirmata ac renovata fuerit. In qua poſteriori benè notandum; conſuetudinem maledicendi delinquentem nequaquam excuſare, ſed eundem graviorem propterea pœnam mereri, in verb: **oder nach vielheit ſolches/ fürnemlichen** ex conſuetudine **begangenen Laſters/ wol höhers nachmals zu ſtraffen** &c. 86 87

Neq, hoc ibidem ſicco pede prætereundum;
88 Quod Magiſtratus inferior, etiam absq; ſententia & reſponſo peculiari Iurisperitorum, maledicis pœnam Conſtitutione Electorali definitam imponere & exequi queat, *in verb:* **Inmaſſen wir denn auch zu dieſem Ende / und deſto ſchleuniger** execution, **den jenigen / welchen von uns allen die Erbgerichte vorliehẽ / auff den Kirchhöffen / Rathshäuſern / oder Schenckſtätten / die Pranger oder Halseyſen anzuſchlagen / und daran die** delinquenten **zuſtellen hiermit / auch ohne vorgehendes rechtliches Erkändnüß / gnädigſt erlauben und nachlaſſen thun** *&c.*

89 Porrò & hoc benè notandum, pœnam Ordinationis Provincialis, ut nempe Reus in locis publicis omnibus conſpiciendus ſiſtatur, nemini infligi, niſi Reus de maledictis plenè, & ad minimum per duos teſtes fuerit convictus aut confeſſus.

90 *Vt ſapius in Scabinatu obſervatum, memini.*

*Q. 2. Quomodo puniantur Nobiles maledici?*

Quamvis etiam in delictis arbitrariis Nobiles mitius puniantur, quàm ignobiles *l. Pedius. §. 1. ff. de incend. ruin. & naufr. l. aut damnum. §. in miniſterium. ff. de pœn. l. ſacrilegij pœna. §. 1. ff. ad Leg. Iul. peculat. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 31. nu. 1. Petr. de Bell-Pert in l. nemo col. 1. verſ. ſed opponitur, C. de Summ. Trin. & fide Cathol. Gramm. vot. 23 nu. 21. & deciſ. 32. num. 2. Salycet. in l. ſervos. nu. 4. in pr. junct. verſ. ſi autem dignitas.*
91 *C. ad Leg. Iul. publ.* A pœna tamen in Ordin. Provinc. & Conſtit Elector. in maledicos ſtatuta, Nobilitas neminem excuſat, ſed Nobiles pariter atque ignobiles maledici præ foribus Templorum vel Curiarum ſiſti, & pœnâ arbitrariâ, carceris vel pecuniariâ mulctari debent. Eſt enim maledictio ſeu blaſphemia tale crimen, per quod læditur Divina Majeſtas, quod certè gravius aut crimine læſæ majeſtatis temporalis, in quo nobilitas veniam non meretur. *Gigas in tractat. de crim. leſ. majeſt. lib. 2. tit. de pœn. quæſt. 1. numer. 15. & ſeq. Proſp. Farin. de pœn. temp. quæſt. 97. num. 124. Didac. Covarr. var. reſolut. libr. 2. capit. 9. num. 4.*

92 Quinimò *Ordinat. Polit.* **Pollceyordnung** *de Anno* 1612. *pag.* 7. omnem reſpectum perſonarum quoad impoſitionem huius pœnæ excludit; dum omnes omninò maledicos cuiuscunque etiam conditionis hi fuerint, ſecundum Conſtitutionem Electoralem puniri jubet, *in verb:* **Weß Standes und Weſens dieſelben auch seyn möchten**

93 *Ideoq, non ſolùm à veteribus Scabinis ſecundum Ordinationem Provincialem fuit reſponſum, in hunc ferè modum:* **So werden bemeldte von Adel von wegen jhres geübten und begangenen fluchens / wofern unſer gnädigſter Herr der Churfürſt zu Sachſen / jhnen keine Milderung erzeigen wolte / billich vor die Kirche / oder das Rahthauß jedermänniglichen vorgeſtellet / und darnach mit Gefängnüß in Straff genommen** *&c. M. Febr. Anno* 1571.

94 *Sed etiamnum hodiè eandem pœnam maledicis, Nobilibus pariter atq, ignobilibus indicere ſolemus: Vt nempè præ foribus Templorũ aut Curiarum ſiſtantur, & poſtea carcere vel pecuniaria pœna mulctetur. Ita pronunciavimus ad requiſitionem Conſulum & Senatus* **zu Gübben /** *M. Aug. Anno* 1627.

*Ad requiſitionem Quæſtoris VVeidenſis M. Auguſt. Anno* 1627.

*Similiter fuit reſponſum in caſu, quo Studioſus* 95
*quidam per Sacramenta Domini & Salvatoris noſtri alteri maledixerat. Ad conſultationem Quæſtoris VVittebergenſis. Menſe Martio, Anno* 1607.

Præterea immediatè blaſphemia in Deum 96
non ſolùm verbis, ſed & factis committi poteſt; Vt ſi quis Sacramenta Domini ac Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti profanet, in commeſſationibus & compotationibus jocosè verba S. Cœnæ recitando, & Corpus ac Calicem adminiſtrando, vel ſi quis imaginem Salvatoris noſtri manibus impiis ex malitioſo ac calumnioſo animo percutiat. *Nicol. Boer. deciſ. 301. n. 17. Iacob. Menoch. de arbitr jud. quæſt. lib. 2 cent. 4. caſ. 376 n. 2. & 5. Petr. Theodor. in colleg. crim. diſp. fin. th. 8. lit. C. Iodoc. Damh. in prax. crim. cap. 61.*

*Q. 13. Quæ ſit pœna profanantiũ ſancta Sacramenta.*

Nam ſi is qui imaginem & ſtatuam Principis 97
fœdavit, dehoneſtavitq; graviter puniẽdos eſt, *l. non contrahit. cum l. ſeq. l. famoſi. ff. ad Leg. Iul. majeſt. l. capitalium §. ad ſtatuas ff. de pæn.* Quantò gravius plectendus erit Dei imaginem contumeliosè deturbans. Quò facit *l. un. C. nemini licere ſignum Salvatoris.* ubi pœna graviſſima punitur is, qui in contemptum Chriſtianæ religionis in terra vel marmore ſignum Crucis, quod pedibus calcari poteſt, inſculpſit atq; fixit. *Menoch dict. caſ. 576. n. 2.*

Nec ineptè quis blaſphemiam cum crimine 98
læſæ Majeſtatis comparaverit; ſicut enim per hoc Majeſtas Politica læditur, ita per illam Divina majeſtas offenditur. *Petr. Theodor. dict. diſp. 5. th. 8. Proſp. Farin. in prax. crim. libr. 1. tit. 3. quæſt. 20. num. 5.* Crimen autem læſæ majeſtatis ipſo facto committi tam certum eſt, ut nil certius. Vid. *Proſp. Farinac. part. 5. oper. crim. quæſt. 113. Afflict. in tit. quæ ſint regalia. in verb. Et bona committentium n. 53. & ſeqq. Gigas de crim leſ. majeſt. lib. 1. rubr. qualiter & à quib. crim. leſ. majeſt. commit. Tiber. Decian. in tract. crimin. libr. 7. cap. 6. n. 1. & c. 33.*

Quia verò in eos, qui ipſo facto Deum bla- 99
ſphemant, certa pœna iure conſtituta non eſt, ideò huius generis blaſphematores judicis arbitrio pro facti qualitate puniendos eſſe exiſtimat *gloſſ. penult. in cap. ſi canonici §. fin. de offic. ordin. in 6to.* quam ſequitur *Nicol. Boer. dict. deciſ. 301. n. 27. Paul Grilland. in tract. de ſortileg. quæſt. 11. num. 18. Paris. de Put. in tract. de ludo, n. 26. Iacob. Menoch. dict. caſ. 376. nu. 4. Decian. l. ſi quis id. nu. 4. de iurisdict.*

*Secundum quã ſententiam dictavimus pœnam* 100
*carceris cuidam blaſphematori, qui Sacramentum* Euchariſtiæ *profanaverit, in hunc modum:* **Wird** N. N. **ſchuld geben / daß er in der Schencke zu Steinbach / allda er gezecht** N. N **ſo gleich getantzet / zu ſich geruffen / jhm ein Stücklein Semmel / welches er zuvor in Wein getuncket / in Mund geſtecket / und ſich darneben dieſer Gotteslaſterlichen Reden verlauten laſſen. Nim hin / das iſt der ware Leib / im Namen Gottes deß Vaters / Sohnes / und heiligen Geiſtes / welches aber** N. N. **wieder herauß genommen / und an die Erden geworffen: Ob nun wol** *inquiſit*, **als er hierüber Articuls Weiſe vernommen worden / deſſen nicht geſtändig ſeyn wil. Dieweil er aber dennoch auß derer vermittels Eydes abgehörten**

Zeugen

Zeugen Auſſage ſolches zur Nothdurfft überführet/ꝛc. So wird *inquiſit* ſolcher ſeiner Begünſtigung wegen ein 4. Wochen lang mit Gefängniß/ darinnen er 8. Tage mit Waſſer und Brod zu ſpeiſen/billig in ſtraff genommen/V. R. W. *Ad conſultationem Iohannis Georgii à* Zehmen *M: Nov. A. 1625.*

101 *In caſu ſimili blaſphemantem carcere puniendũ eſſe, pronunciavimus*, gegen Wurtzen/ An die Stattgerichte. *M. Iul.* An. 1617.

102 Cæterùm, in genere crimine blaſphemiæ tradunt interpretes communiter, iſtud tàm execrabile eſſe, ut quis de blaſphemia inculpatus & convictus ſtatim debeat puniri, nec ei ulla defēſio & reprobatio contra teſtium perſonas & eorum diſpoſitiones concedatur. *Paris de Puteo tract. de ſynd. verb. condemnatio n. 13. verſ. licet ſint aliqua delicta Matth. Berlich, part. 1. concl. 2. n. 17. Iul. Clar lib. 5. ſent. §. blaſphemia n. 4. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c 2. tit. 1. n. 17.*

103 Quod tamen nimis rigoroſum eſt, *& contrarium in Electorali Scabinatu ſæpius obſervatum fuiſſe memini.* Quemadmodum etiam prædictam Dd. aſſertionem à plerisq; reiectam eſſe, eamq; nec in Curiis Franciç, nec in Dominio Mediolanenſi ſervari, teſtantur *Gilhauſ. in arbor. iud. crim. c. 6 part. 1. §. 19. n. 17. Nicol. Boer. deciſ. 301, n. 11. Iul. Clar. dict. §. blaſphemia. n. 4.*

104 Neque concedendum iſtud, quod ſcilicet cognitio de crimine blaſphemiæ ſit mixti fori, & tam ad Eccleſiaſticum, quàm ſecularem judicem ſpectet, atq; præventioni locus ſicut opinantur *Didac. Covar. in c. quamvis 2. de pact. in 6to part. 1. §. 7. n. 29. Ludov. Gilhauſ. in arbor. iud. crim. c. 2. tit. 1. n. 4. Iul. Clar. lib. 5 ſentent. §. blaſphemia nu. 4.* Quamvis alii hoc tantummodo ad caſum blaſphemiæ à Iudæo commiſſæ reſtringant. *Felin. in c. poſtulaſti 14. extr. de Iudæ n. 4. verſ. ſed in his quæ non pertinent ad articulos fidei & n. 5. ſub fin. verſ. ſi verò videtur eſſe mixtum Anton. Teſſaur.* ( ubi ita in cauſa cuiusdam Hebræi 18. Nov. An. 1570. in Senatu Pedemontano iudicatum refert ) *deciſ. 241. n. 7.*

*R. 14. Cognitio de crimine blaſphemiæ ad quē judicem ſpectet*

Etſi enim de Iure Civili fortaſſis hæc ita ſeſe 105
habeant, ut apparet ex iis, quæ tradit *Didac. Covarr. & Ludov. Gilhauſ. d. locis.* Cum quo aliquo modo videtur convenire Sanctio Imperialis, vigore cuius Clerici à Iudice Eccleſiaſtico, Laici verò à Iudice ſeculari puniri debent, *in Receſſ. Imp. Colon. de An. 1512. tit.* von Gotteslåſtern *verſ.* und ſollen die Thåter die geiſtlich weren/ von der Geiſtlichen/und ſo die weltlich werē/von der weltlichen Obrigkeit/an den Enden/wo ſolche Sünde begangen were/geſtrafft werden.

Attamen in locis reformatarum Eccleſiarum 106
Blaſphemi indiſtinctè, ſive Laici ſint, ſive Clerici, à iudice ſeculari coërceri debent, & ſic hiſce in terris cognitio de crimine blaſphemiæ indifferenter ad judicem ſecularem ſpectat Vid. Kirchenordnung/*tit.* von den beyden Conſiſtoriis *art.* 10. Was vor Straffen das Conſiſtorium/ und deſſen Aſſeſſorn zuerkennen/und gebrauchen haben ſollen. *verſ.* Denn ob ſich wol *&c. Quod & uſu ac praxi comprobatum ſcio.*

---

# QVÆSTIO XLVI.

## *De Pœna Perjurii.*

### SVMMARIA.

*1. Periurium eſt ſpecies criminis læſæ Maieſtatis Divinæ.*
*2. Definitio Periurii.*
*3. Atrox & grande crimen eſt periurium.*
*4. Reſcriptum Imp. Alexandri de perjurio in l. 2. C. de Reb. Credit.*
*5. In quo explicando anxiè laborarunt Dd. n. 21.*
*6. Variæ referuntur explicationes Interpp. n. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
*13. Ethnici perjuros graviſſimis afficiebant pœnis.*
*14. Apud Ægyptios capitali ſupplicio periurium puniebatur.*
*15. In Iure civili fit mentio pœnæ periurii.*
*16. Genera pœnarum adverſus periuros legibus prodita ſunt, n. 17. 18. 19. 20.*
*22. Periurium iure Romano non puniebatur.*
*23. Vera explicatio l. 2. C. de Reb. Credit. nu. 24. 25. 26. 27. 28.*
*29. Ratio huius explicationis.*
*30. Reſpondetur ad contraria n. 31. 32. 33. 34.*
*35. Periurium teſtis deponentis in crimen falſi incidit.*
*36. Intellectus l. ult. ff. de crim. Stellionat.*
*37. Deus periurium non relinquit impunitum.*
*38. Quod demonſtratur exemplis n. 39.*
*40. Moribus hodiernis periuria puniuntur à Magiſtratu, n. 41.*
*42. Nec non de jure Pontificio.*
*43. Arbitraria pœna hodie periuri puniuntur, pro arbitrio iudicis. n. 44. 45. 46. 47.*
*48. Reſponſum Ienenſium.*
*49. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
*50. Quando periurium puniatur amputatione digitorum. n. 51. 53. 56.*
*52. Explicatio art. 107. Ordin. Crim. Carol.*
*54. Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
*55. Qui ſuo periurio alium ad pœnam capitalem fecit damnari ſimili pœnâ affici debet.*

1 Species Criminis læſæ Maieſtatis Divinæ eſt quoque periurium. *Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. Maieſt. num. 7. in fin. Petr. Theodor. in Colleg. Crim diſp 5. th. 8. lit. F. verſ. Huc porrò referunt.*

2 Quod definitur mendaciũ jureiurando firmatum, *c. animadvertendum. §. cum ergo 22. q. 2. & ſeq. Iul. Clar lib. 5. ſent. §. periurium in pr. Tiber. Dec. in tract. crim. lib. 6. c. 7. n. 1. Nicol. Boer. dec. 305. n. 1. Matth. Steph. ad art. 107. Ordin. Crim. Carol.*

Hoc crimen atrox & grande eſſe, nemo ferè ambigit. *Andr. Rauchbar. part. 2. quæſt. 1. num. 35.*